

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Jonathan.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

88 DIALOG. SACRORVM

manu pueri, qui modo solo aspectu viros & co-  
lum armis territabas. Hic te puer jugulat tu-  
ipsius gladio, caputque tuum horrendum præfigi-  
tuæ hastæ, quod ostendet exercitui.

SENTENTIA.

*Nemo vel tam vir est, quin facile vincatur ab  
quovis, aduerso Deo: vel tam puer, quin facile vin-  
cat, quemvis, propitio Deo. Dei est victoria, &  
credendi nihil arduum.*

JONATHAN. i Reg. 20.

ARGUMENTVM.

David & Jonathan inter se se rationem  
ineunt, qua resciscere David queat, quis sit  
Sauli erga ipsum animus: & fœdus inter se in  
perpetuum paciscuntur.

*David, Jonathan.*

**Q**uodnam esse potest meum tantum in tuum  
patrem peccatum, Jonathan, ut me quærat  
ad necem? *J.* Ad necem vero? non est credi-  
bile, nam tanta mea res non lateret: quippe cum  
meus pater nullam rem tantam, tantulamne faciat,  
quam non mecum communicet, nedum ut hoc  
me celet. Non est ita. *D.* At scit, ut me habeas  
intimum: ideo hoc te fortasse celat, ne ægre fe-  
ras. Crede mihi, nihil tam certum est, quam me  
in summo vitæ discrimine versari. *J.* Ecquid  
ergo me tibi hac in re commodare posse arbitra-  
ris? *D.* Cras, ut tute sis, agitur prius dies  
mensis, quo ego die soleo cum Rege accumbere.

Ruri



Ruri latebo, te sciente, usque ad vesperam tertii abhinc diei. Quod si me requiret, dices, tuo permisso excurrisse Bethleheimum in meam patriam, ad sacrificium gentilitium, quod universi anniversarium factitamus. Si laudabit, salvus sum: sin succensebit, scito eum nunquam ad saniores mentem reversurum. Sed dabis hanc veniam mihi, quem religiosissimo fœdere in familiaritatem recepisti, ut, si commerui, tu me interficias potius, quam tuo patri dedas. *J. a)* Deus meliora. Imo si sensero, eum obstinato animo in tuam ferri perniciem, admonebo te. *D.* Sed quis mihi refert, utrum tibi asperius responderit? *J. b)* Exeamus sub dium. Ita mihi benefaciat Jova Deus Israelitarum, hujus cœli, quod vides, conditor & habitator, mi David, ut ego cras, aut perendie, scrutabor, quid animi habeat meus pater; quem si intellexero bene esse in te animatum, mittam qui faciat te certiorem: sin autem tibi in alium cogitare, id quodque tibi indicabo, ut me autore abeas salvus. Adsit tibi Jova, ut adfuit meo patri. Hæc ego me facturum, testor Deum. Quod si fallam, tum Jonathani numen iratum sit. Quod si tum, cum tui hostes omnes Dei nutu fuerint e medio sublati, ego jam non ero in vivis, ut tu misericordia salutem meam invicem custodire possis: at certe meæ in posterum familiæ & generi eam non denegabis. Itaque nunc iterum in eo fœdus, non solum tecum meo nomine, sed

F 5

etiam

*a) Hoc est, absit.**b) Videlicet ut cœlum intuens Jovam testatur.*

## 90 DIALOG. SACRORVM

etiam cum tua domo nomine posteriorum: tibi adesse  
que juro, mi David, quem amo ex animo, facte  
rum me, ut dixi. Sed accipe rationem. Cras  
quod novilunium celebretur, c) tu desideraberis  
nam tua sessio vacabit. Descendens autem ac  
sumum ter, tribus diebus, in locum, ubi com  
mode lateas, quocunque die negotium hoc fiet  
eritque post saxum Azellum. Ego, re facta, ve  
niam eo, & ad lapidis latus tres sagittas jaculabor  
collimans ad scopum. Deinde puerum ad ea  
petendas mittam: cui si dixerim, eas esse citra  
ipsum, venias licebit, tua res erit in tuto, testor  
Deum immortalem: sin autem ultra, abito sane  
Deo volente. Ac quos inter nos sermones con  
tulimus, Jova esto eorum testis certissimus.

## SENTENTIA.

*Bonorum induisa est amicitia: estque arctior  
virtutis, quam sanguinis conjunctio.*

## NOVILVNIVM. I Reg. 22.

## ARGUMENTVM.

Saulus filium suum, Jonathanem, propter  
eius cum Davide amicitiam, jaculo transfi  
gere conatur.

*Saulus, Jonathan.*

**C**ur non venit Isaei filius ad cibum capiendum  
neque heri neque hodie? Petuit a me  
veniam concedendi Bethlehemum: futurum enim  
scrimicium gentilitium in eo oppido, ad quod  
adesse

c) Quareetus ubinam tu sic.



1: tibi adesse jussus esset a fratre suo. Itaque magnopere  
 factu orare, ut si vellein gratissimum facere, facerem  
 Cras eo se conferendi fratrisque visendi potestatem.  
 aberis Hæc causa est, quamobrem ad regiam mensam  
 em a non venerit. S. O. a) improbae & contumacis  
 i com feminæ progenies: quasi ego nesciam, te Isæi  
 oc fiet nati percupidum esse, ad tuum quidem & tui pa-  
 ta, ve rentis dedecus atque ignominiam. b) Nam  
 alabor quam diu vivet in terris Isæi filius, nunquam tu  
 ad ea firmum regnum habebis. Quare cura, ut ad me  
 citra sistatur: nam morte dignus est. J. Cur ita tan-  
 testor dem? quid commisit? S. c) Docebo te hoc  
 s fane jaculo, quid commiserit. J. At ego hinc effu-  
 s con giam. O rem indignam? actum est de Davide,  
 nisi aufugit.

## SENTENTIA.

*Impii piorum amicitiam ferre non possunt. In-  
 justis nihil est intolerabilius justitia.*

ACHIMELECHVS. I Reg. 21.

## ARGUMENTVM.

David fugiens Saulum, ab Achimelecho  
 sacerdote panem ensemque impetrat, se ad  
 regium quoddam negotium ex ipsius Regis  
 mandato proficiisci simulans.

*Achime-*

- a) Improba & contumax. Dicitur ea forma, qua filius  
 hominis pro homine.
- b) Suarum opum, non justitiae rationem habent impii.
- c) Quia ratione vincere nequeunt impii, vim afferunt.

